

**Veritates Christianæ Qvæ Modvm Exhibitent Benè Vivendi  
Et Benè Moriendi**

**Balde, Hendrik**

**Ipris, 1689**

57. Cap. De confusione & pœnâ damnatorum in judicio.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56447](#)

tatis IESU, singulari virtute præditus, jam morti proximus (cum ei diceretur, fore ut lene subiret judicium) flebili voce in hæc verba prorupit. O duram sententiam reddere Deo rationem!

Omne judicium effugere haudquaquam potes: hic igitur te ipsum judica, & severè castiga, ne postmodum severè judiceris, & castigeris.

### CAPUT LVII.

De confusione & pœna damnatorum in judicio.

**O**culi Domini multò lucidiores sunt quam solis radij: hi novissimo illo die tantâ nos luce perfundent, ut visurus sit unusquisque non solum publica nostra peccata, verum etiam occulta, omnibus vestita circumstantijs, ubi, quando, quomodo, quibus medijs, & cum quibus commissa sint.

Damnati apud inferos remanere illo temporis spatio præoparent; siquidem palam prodire erit intolerabile; latere vero nullo etiam modo poterunt.

Ad sinistram igitur, cheu! cum dæmonibus consistere debebunt, incredibili rubore coram universo mundo suffundendi, deque illis verissimè affirmare licebit

licebit hæc S. Pauli Apostoli verba. Quem  
fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc  
erubescitis?

Cogentur etiam intueri Deum judicem  
suum gladio justitiae armatum, ut ab eo  
æternis puniantur supplicijs. Quantus  
Pavor! quanta confusio! *Quo animo*, ait  
S. Eucherius, *Stabit desertor antè ducem*  
*suum?* perditus ante prætium suum? quæ  
fronte misericordiam petet, primùm de miser-  
icordia contemptu *judicandus?*

**JESU CHRISTI** effigies (a) nonnullos in hac vita, dum brachia misericordia  
etiamnūm aperta sunt, truci vultu, &  
torvis oculis aspexit; quæ res trecentis  
viris, qui aderant, tantum incusserit terro-  
rem, ut in terram corruerint omnes,  
jacuerintque horis aliquot exanimis  
similes.

Quid aget non imago, sed vivus ipse  
**Jesus?** quo tremore concutiet impios,  
non jam è probrosâ cruce pendulus,  
sed in solio majestatis sedens, dum im-  
placabili irâ & furore horribilia hæc evi-  
brabit verba? *Discedite à me maledicti in*  
*ignem aeternum.*

O quam lugubre erit homini Deum videti-  
& perdere, & ante pretij sui perire con-  
spectum! inquit iterum *S. Eucherius.*

(a) Raderus

Moleustum

Moleustum est nonnunquam , & peracerbum , conspectu hominis vel ad breve tempus carere : quām amarum igitur erit à Dei infinité pulchri , boni , amabilis , sapientis , atque perfecti , aeternūm arceri conspectu ?

Hoc tormentum , inquit S. Bernardus ; cetera omnia gehenna tormenta superabit .

Satiūs esset , ait quoque S. Chrysostomus , infinita fulgura sustinere , quām illam mitem Christi faciem nos aversantem videre .

## CAPUT LVIII.

### DE INFERNO.

**I**gnis fornacis vehementer licet accensæ : ad ignem inferorum comparatus , non nisi ignis pictus censi ceteri debet .

Attamen si tibi diceretur , nisi dicto citius hoc illudue flagitium perpetræs , aut ejusmodi virtutem exerceas , verbi causâ , nisi pauperi illi in extrema necessitate constituto mox stipendi eroges , manus tua tribus quatuorve horis flammis aduretur : bonum , quod à te exigitur opus , mox præstares , quin imò & flagitium perpetrares , ut tam brevem effugeres poenam .

Intercà